

Procopius.

in spiraculum vitæ? Anima rationalis est spiritus immortalis, æternus, spiraculum vitæ significat flatum quendam, vt in vitæ exordio eius breuitas exprimat, flatu nuncupatur. Procopius. Spiraculum, ait, sub tempore cadit, spiritus vero æternus perhibetur, spiraculum exiguo viget tempore, & deinde addit, adimens omnis spirandi, & respirandi vim, seu potentiam corpori, in quo prius habebat, spiritus vero stabilis manet.

54. Cantic. 2.

Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit. Cantic. 2. num. 2. Diuerso tempore flores apparent, diuersoque colliguntur, quomodo ergo idem tempus assignatur, quo flores apparent; & quo simul instat tempus putationis, vt marcescant? Cum apparent, natiuitas, cum verò putantur, mors designatur, vt docent Philo Carpathius, Aponius, & alij, vt aperte denotetur, quod natiuitas, & mors vno, & eodem tempore conueniunt, ac veniunt.

Carpatrius Aponius.

Ioan. 9. n. 6. Hæc cum dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & leniuit lutum super oculos eius.

Num. 7. Et dixit ei: Vade laua in Natatoria Siloë, quod interpretatur Missus. Abiit ergo, & lauit, & venit videns.

VERSIONES.

Syriac. n. 6. Quumque hæc dixisset, conspuuit in terram, & pinsuit lutum ex sputo, & illeuit oculis illius cæci.

Arius. Expuit humi. Euthym. Laua in piscina Siloë.

Theophyl. n. 7. Laua in baptisterio.

Syriacus. Vade, & laua in fonte Siloë, cuius interpretatio est Missus.

EXPOSITIO III.

55.

Hæc cum dixisset magno, & alto consilio, vt viam aperiret ad miraculum edendum, cum enim ipse esset lux mundi, ei incumbabat cæcum illuminare. Tres actiones in præsentia egit Christus, expuit in terram. Deinde fecit lutum. Et tandem leniuit lutum super oculos. Hoc est vnxit, & extendit lutum digito super oculos. Dubitabis an Dominus posuerit lutum super ipsum organum visus. Iuxta Chrysostr. datum. quæst. 2. Cæcus natus est sine oculis, quasi quod palpebræ essent contiguæ maxillis, ac proinde posuit lutum in loco, in quo solent esse oculi. Communiter tamen expositores, vt Carthusian. Ianfenius, Maldonat. Toletus & alij, tenent quod homo iste habebat oculos, imperfectos tamen, aridos, seu humoribus repletos, & in hac sententia Barradas docet, quod Dominus posuit lutum non super palpebras, sed super organum clausum, atque impeditum huius cæci.

Chrysostr.

Carthuf. Ianfen. Maldonat. Tolet.

Barrad.

56.

Et dixit ei, vade. Perge, & iter arripe; egredere, & recede ab hoc loco cæcitatæ tuæ; laua;

te scilicet faciem, & oculos; per quod denotatur, quod maximè interna puritas requiritur, vt diuina beneficentiæ fructus percipiatur; ad quod etiam obtinendum, nostræ manus cooperatio exigitur, & ideo ait Christus laua, scilicet tu te ipsum in Natatoria. Arabicus: in fonte. Alij in piscina; & quæ hæc Siloë. De quo q. 11. quod interpretatur Missus. Hoc in Syriaco non habetur, & proprie à radice Hebraica deriuatur etymologia. Fontè autè sic dictum existimat D. Epiphanius in lib. de vita, & interitu prophetarum, quia ad preces Isaïæ à Deo fuerit missus, & datus; Ioannes Mercerus ex R. Dauide Kimchi, quia ex tali fonte emittebantur riuuli ad rigandos hortos vicinos. Albert. Magnus, quia in piscina illa erant aquæ de pluuiis missæ cælo. Euthym. Hugo. Præsignabatur quod Christus ibi mitteret suam virtutem ad sanandum cæcum. Theophylact. vt dicas, ait, quod Siloë figura sit Christi, sicut enim spiritualis terra est Christus, ita & spiritualis Siloë. Ita D. Thom. D. Bonauent. Caietan. & alij. Christus est ille missus, & legatus à Patre nobis datus ad illuminandos, & saluandos homines tanquam omnium bonorum perennis fons. Ideo ergo Evangelista ponit fontis nomen, missus: vt denotaretur, quod in ipso fonte, qui Christi figura erat, qui est ille per antonomasiam Missus, Christi virtutem cæcus reciperet, vt illuminaretur; in solo enim Christo est nostra lux, & illuminatio.

Arabicus.

Cur Evangelista ponit interpretationem. Epiphanius.

Mercerus. Albertus.

Euthym. Hugo.

Theophyl.

D. Thom. Bonau. Caietan.

In solo Christo lux, & illuminatio.

57. Euthym.

Chrysostr.

Perfecta obedientia statim obtinet præmium.

QVÆSTIO IX.

Quare Christus Dominus hunc cæcum sanauerit non verbo, sed luto?

LAZARVM suscitauit Dominus verbo, & cæco visum verbo donat. Luc. 18. n. 42. Respice, fides tua te saluum fecit. At verò hunc non sic sanauit, non tantum verbo, vade, & laua, nec tantum manu adhibita, sed etiam imposito luto, quod in nullo alio miraculo Christum fecisse, legimus.

58. Luc. 18.

Primò. D. Irenæus. lib. 5. cap. 15. Sumpsit, ait, Dominus limum de terra, & plasmauit hominem, quapropter Dominus expuit in terram, & fecit lutum, & superliniuit illud oculis ostendens antiquam plasinationem, & manum Dei ostendens, nec iam alteram requiremus manum, nec alterum patrem scientes, quoniam qui plasinauit nos ab initio, hic in nouissimis temporibus perditos exquisiuit nos. Vt lucidissimos oculos

59. Irenæus.

Genes. 1. Deus creator hominis ipsi reformar. Chrysostr. Euthym. Theophyl. Cyrill. Beda. D. Thom. Bonauent.

60.

Deus ex vno beneficio mouetur ad aliud.

61.

Materia, ac via nobis vtili utendū.

62.

Iren.

Qui Deum videt, vitam habet.

63.

August.

Per Verbi incarnationem illuminamur. Tolet. Genes. 2.

64.

Ambros.

Tactus Carnis Christi efficacissimus ad accendendum intellectum.

oculos Dominus daret, lutum assumit in materiam, vt denotaretur se esse cum Deum, qui in mundi exordio, tanquam sigulum è luto hominem formauerat. Genes. 1. ac proinde suum esse, hominem à se fabricatum, cæcitate deturpatum, illuminando refingere, ac formare. Ita D. Chrysostr. Euthym. Theophyl. D. Cyrill. Beda, D. Thom. D. Bonauent. & alij communiter.

Secundò. Preme Irenæi verba: ostendens antiquam plasinationem, & manum Dei ostendens. Maximè in hoc ostenditur Dei manus, quod nunquam in beneficiendo cesset, sed semper aliorum beneficiorum sit auctrix: Deus beneficiendo hominem formauit, cæcitate deturpatum, secundum beneficium mouetur, vt hominem deformatum reformet, ac lumine expoliatum ad lucem restituat; vide multa tom. 1. 2. & 3. verbo Beneficium.

Tertiò. Ad eadem verba. Sumpsit Dominus limum de terra. Præfens fuit Iesu, quod lutum à manu Dei sumptum valde profecit, vt hominem plasmando conderet, vt ergo homini oculos concederet, ad lutum manu sua tractum recurrit; vt nobis sit documentum, quod ad proficiendum, nullum aliud instrumentum, vt materiam requiramus, nisi illam, quæ semel in nostra vtilitate, ac augmento probata, ac vtilis inuenta. Vide supra cap. 4. num. 47. & 89. & c. 3. n. 3. & tom. 1. 2. & 3. verbo, Via.

Quartò. Idem D. Irenæus citato loco. Et per hoc, ait, hic cæcus lotus venit videns, vt sui cognosceret plasmatorem, & disceret homo eum, qui donauit ei vitam. Dicendum erat. Dedit ei oculos, quomodo ergo donatur vita? Ad lumen oculorum præbendum lutum applicatur; luto oculi obturantur, quomodo luto dantur oculi, & vita; cum efformantur oculi, vt filium Dei contemplantur, & videant, inde & vita æterna participatur. Meritò ergo cum donantur oculi, donatur & vita, quæ in eo quod Deum videat, æternatur, in eoque constituitur, quod Deum contempletur.

Quintò. D. Augustin. tract. 44. in Ioan. Venit Dominus, ait, quid fecit? magnum mysterium commendauit: expuit in terram: de salina sua lutum fecit; quia verbum caro factum est, & innoxius oculos cæci; innoxius erat, & nondum videbat. Lutum diuina salina conglutinatum, significabat Incarnatum Verbum; salina verò à capite descendens filium Dei adumbrabat à Patre procedentem, qui vnitus est fragili humanæ naturæ pulueri, quo figurabatur humanum genus cæcum, cuius typum hic homo gerebat per mysterium Incarnationis illuminari, ac visum recipere. Ex quo Toletus annotat. 6. deducit rationem, quod cum homo in sua creatione Genes. 2. fuerit formatus ex puluere tantum; huic tamen cæco luto salina commixto visus restituitur, vt tali documento exprimat, quod solum per Verbum Incarnatum homo à sua miseria reparatur, ac ad verum lumen eleuatur.

Sextò. D. Ambrosius Episto. 75. lib. 9. Quid sibi vult, inquit, quod is, qui vitam resundebat imperio, salutem præcepto dabat, dicens mortuo: exi foras, & egressus est Lazarus de sepulchro. Dicens paralytico: surge, tolle grabatum tuum, & superuixit oculos cæci? Quid ista ratio est? Magna, ni fallor: plus enim videt, quem Iesus tangit. Præclarè videt quem Iesus verbo sanat, at plus videt, quem Iesus tangit. Tactus carnis Christi efficacior ad visum acciendum, ac vt alta, & sublimia intuemur, ac penetremus, ac proinde ex summa misera huius hominis, cum esset cæcus à natiuitate, excitata est

diuina pietas, vt huic homini tactu suo præstantiorem visum concederet.

Septimò. D. Chrysostr. in Catena D. Thomæ: Lutum solet magis excæcare, sic igitur Christus manifestauit suam gloriam. Lutum suffragium erat cæcitatæ, & obstaculum visui, & tamen Christus per lutum lumen infundit, vt gloriosior esset de cæcitate victoria, & præclarior de tenebrositate trophæum, dum cæcitatæ adiutorio, ac instrumento cæcitas deuincitur, ac superatur, sicque cæcitas non armis denudata, sed illis maxime munita, ac aduicta prosternitur, & dicitur. Vide tom. 1. lib. 1. cap. 5. quæst. 15. num. 28. & eodem lib. 1. cap. 6. quæst. 12. n. 37. & lib. 2. cap. 1. quæst. 2. num. 5.

65. Chrysostr.

Octauò. Glossa Interlin. Ecce, ait, collyrium, quo vngitur genus humanum. Cognitio scilicet propria vtilitatis, quod ex luto factum sit, vt per eam superbia, quæ homines excæcauit, curetur. Instante obsidione Chaldaeorum, ait Deus ad Ezechielem 4. cap. 4. num. 1. Et tu fili hominis sume tibi laterem, & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem Ierusalem. Cur potius pressura Ierusalem mandatur scribi in latere, quàm in lapide, ferro, vel tabula? D. Hieron. Possimus, ait, latere in sagillationem accipere, eo quod in luto, & latere seruauerant Pharaoni. In luto, & non cocto, vt notat Lyranus, disponitur vt ipsa ciuitatis sancta depingatur, vt obiecta vili lateris materia, in qua eorum parentes seruierunt in Ægypto, elatione, ac vanitate abiecta, cum omni humilitate moribus reformarentur, vt tantam cladem, ac deualtationem effugerent, & euitarent.

Gloriosa victoria obtenta armis inimic

66. Interlin.

Cognitio propria vtilitatis efficac ad acciendum intellectum. Ezechiel. 4.

Hieron.

Lyranus.

Nonò. D. Chrysostr. homil. 4. in 2. Epistol. Corinth. Quod ad restituendum visum homini, visus est Christus Dominus luto, quod oculos maxime obturat, & excæcat, vt hoc modo lumino-pere manifestarentur mirabilia Dei, visque miraculi pateret, cum luto curauerit, quo nihil magis contrarium est oculis, vt inde fieret apertum quod non naturali virtute, sed diuina Christi opè ratio fiebat, hacque de causâ sæpè solet Deus ad miracula præstanda vti rebus maxime contrariis, & improportionatis. Quid magis potest reddere aquas amaras, & impossibiles, quam sal? & tamen immisso sale aquas amaras, dulces, ac gustabiles effecit Elizæus. 4. Reg. 2. num. 20. 21. & 22.

67. Chrysostr.

Deus aliquando per opposita media operatur mirabilia.

Volens Deus liberare populum suum de manu Ægyptiorum. Dixit Dominus ad Moysen, ingredere ad Pharaonem, ego enim inducavi cor eius, & seruorum illius, & faciam signa mea hac in eo: & narres in auribus filij tui, & nepotum tuorum. Exod. 10. num. 1. Res valde mira! decreuerat Deus dare libertatem populo suo, ad quid permittit cor Pharaonis indurari, subtrahendo illi auxilia, quibus facillime obediret? Cor eius potius videbatur molliendum, vt minime reluctaret, & absque contradictione populum dimitteret? Ecce alta, & ineffabilis Dei prouidentia, vt obduratio Pharaonis, quæ videbatur maxime repugnans libertati Israël, multatimque illi erat impedimentum, assumitur tamen à Deo, vt medium valde aptum, & proportionatū, vt populus suus tam gloriosè, & magnificè excutiat captiuitatis iugum, vt cunctis sæculis de generatione in generationes fiat memorabile. Lippoman. Et in hoc, ait, intuenta est Dei incomprehensibilis sapientia, & bonitas, qui adeo malorum hominum impietatem non probat, vt non tantum impios illorum conatus penitus frustraretur, sed eosdem etiam, ad bonum, & gloriam nominis sui,

4. Reg. 2. 68.

Exod. 10.

Per impedimentum libertatis liberatum das populo.

Lippoman.

69. Matth. 27. Hilarius.

Aculeis peccatorum peccatum denunciat.

70. Chrysof. Albertus. Dei honor non est alteri tribuendus. Cyrillus. Leon. Theophyl. Euthym. Beda.

71. Cyrill.

Christi caro saluifera.

72. Gregor.

Glossa.

Baptizatus recipit lumen mentis.

73.

Omnis ratio ne sunt disponenda.

ut ita dicam, abutatur, quod non sicut Scriptura. Post Christi flagellationem, milites plebententes coronam de spinis posuerunt super caput eius, Matth. 27. n. 22. Quae verba commentans D. Hilarius ait; Plebentes coronam de spinis, spinis quoque, id est compungentium quondam peccatis gentium coronatum: est enim aculeus in spinis, ex quibus Christo victoria corona contexitur. Pende vltima verba. In illa sacra spinarum corona, aculeigentium peccata exprimebantur, quibus maxime probrose, ac acerbe Christus offensus vulnerabatur. Quomodo ergo ex talibus spinis, quae inferiebant ad Christi tempora vehementer laceranda triumphalis corona contexitur? Ex quibus Christo victoria corona contexitur. Sublime Dei consilium, vt spinæ, quæ gentium peccata exprimebant, ipsismet Christus destrueret, ac confringeret peccata, in signumque victoriae ex illis fabricaretur triumphalem coronam.

QVÆSTIO X.

Quare non ex aqua, sed ex sputo lutum fecit Dominus?

70. D. quætionem respondet primò Chrysofom. Cur non aqua, ait, sed sputo ad lutum usus est? Misit enim erat in Siloam, ne quid ergo fonti adscriberetur, sed ex ore eius virtutem processisse intelligeretur, quæ oculos, & sanxit, & aperuit. Vt agnosceretur, quod nec ex fonte virtus sanatiua processerit, in qua multi fuerunt abluti, & non sanati. Expuit in terra; nam vt ait Albertus Magnus, de salina virtus sanatiua fuit in luto. Exindeque Christus cognosceretur, vt actor beneficij, & salutis. Idem docent D. Cyrillus, Leontius, Theophylactus, Euthymius, Beda, & alij.

Secundo. Idem D. Cyrillus in Catena Græca. Cæcus, ait, per sputum, sacra illius carnis particeps effectus est. Voluitque Christus in hoc ostendere carnem suam esse salutarem, cuius sola salua cæcum sanabat. Tertiò. Voluit opere ostendere se ipsum esse, qui hominem creauerat, nam per lutum humanum corpus, ex quo est formatum, designatur: per saliuam verò, quæ ex ore procedit, inspirationem, per quam Deus in mundi exordio animam homini infudit. Alij hoc ad mysterium Incarnationis referunt, vt dixi superiori quæst. ex D. August.

Quartò. D. Gregorius lib. 8. in Iob. cap. 21. Puluerem carnem nostram, carnalemque nostras cogitationes denotare dicit, saliuam verò diuinam gratiam, quæ nos illuminat, ac sanat. Quintò. Glossa. Salua, ait, est sapientia, quæ ex ore altissimi prodiit: terra est caro Christi. Vngere oculos, est catechumenum facere, qui enim credit Verbum factum carnem, mittitur, vt abluat se, id est baptizetur in Siloë, hoc est in Misso, scilicet Christo: baptizatus autem lumen mentis recipit per fidem, & gratiam, ac charitatem, quæ in baptismo infunduntur.

Sextò. Salua symbololum est prudentiæ; salua enim ex cerebro, vbi sedes prudentiæ, ac iudicij residet, descendit, saluaque ciborū sapores diuicamus; sicque salua à sale dicitur, eo quod fere salis saporem retineat, sal autem sapientiæ symbolum est; saliuam ergo emitte in terram ad illumina-

mandos oculos, vt inde instruantur, quod prudentia, ac sapientia omnia sunt componenda, ac dirigenda, vt in cunctis actionibus lumen, & lucem recipiamus. Vide multa hoc tom. 1. & 2. ac 3. verb. Dario.

Septimò. D. Asterius in Catena Græca ad cap. Luc. 18. Vt detestari faciat eos, ait, qui illum paulò post sputis fovebant. Ad quid sputum adhibet Dominus in medicina oculorum? vt exinde maxime fierent execrabiles, ac damnabiles illi, qui agnoscentes, sputo oculos cæcorum à Iesu fuisse sanatos, sputo tamen voluerunt Iesu inferre contumeliam. Expientes in eum. Matth. 27. n. 27. Christus hominem sputo sanauit, homines sputo eum voluerunt deturpare, ac iniuria afficere.

De se ait Nabuchodonosor. Videbā in somnis. Ecce arbor in medio terre, & altitudo eius nimia. Magna arbor, & fortis: & proceritas eius contingens caluum: aspectus illius erat vsque ad terminos vniuersæ terre. Daniel. 4. num. 8. Et postea subditur. Ecce vigil, & sanctus de celo descendit. Clamauit fortiter, & sic ait: succidite arborem. Ibidem num. 10. Cur tam citò tanta pœna infligitur arbori, si nimis alta est? Cur primò eius rami non amputantur? Quare ergo sine vlla mora, ac spatio interposito clamatur? Succidite arborem. Arbor illa nimis excreuit, quia multa aqua erat irrigata, ac fecundata, multoque benigno rotæ cæli impinguita, & quæ ex tanta benevolentia, ac fauore nimis excreuit, vt contra cælum se erigeret, & extendere, tam execrabilis effecta est, vt statim securi tradita sit, vt omnino præscinderetur, ac in terra prosterneretur.

Conqueritur Deus de populo suo Israël per Oleam 2. n. 8. dicens. Argentum multiplicauit ei, & aurum, quæ fecerunt Baal. Id est, dedi eis argentum, & aurum, ex quibus fabricati sunt, & ornauerunt Baal; vnde in Hebræo veritur. Aurum fecerunt Baal. Cur potius obicit eis Dominus, quod Baal confecerint ex auro, vel argento, quam ex lapide, vel ligno? Ex quacumque enim materia construeretur idolum, valde detestabile reddebatur ipsum idololatriæ nefas; ad quid ergo potius opponit, quod ex auro. & argento? Considera id, quod ait Deus. Argentum multiplicauit ei, quod in tanta abundantia, ac copia erat in populo Israëlito, vt dicitur: fecit, vt tanta esset abundantia argenti in Ierusalem, quanta & lapidum. 3. Reg. 9. num. 27. De nullo alio populo tanta argenti affluentia narratur. Meritò ergo exinde de ipso populo conqueritur Deus, cum ex tanta auri multitudine, qua super omnes nationes ditatus est; in tantam dementia deueniret, vt ex ipso auro, & argento idola aduersus Deum erigeret, ac fabricaret. Rupert. lib. 1. in Oseam. Cum ergo dixisset, ait, & argentum multiplicauit ei: quæ fecerunt sibi Baal. O dira ingratitude! De auro, & argento meo fecerunt mihi contraria vitulos, & Baal cetera deorum portenta.

QVÆSTIO XI.

Quare hunc cæcum non illico Dominus curauit, sed misit in Natatoriam Siloë?

77. OLEVS annotat. 7. existimat Siloë nomen esse piscinæ, non autem fontis; tamen fontem esse scribit D. Hieron. in cap. 8. Iſaia. num. 7. Siloam

74. Aſter.

Execrabile, quod ex acceptis beneficiis fit iniurius benefactori. Matth. 27.

75.

Daniel. 4.

Seuerè puniatur male uens debeneficis acceptis.

76. Oſeam. 2.

3. Reg. 9.

Leptale quod Dei dona sine occaso ad eum offendendum. Rupertus.

77.

Quid esset Siloë? Tolet. Hieron.

Ioseph.

Adrichom.

78.

Chrysof. Theophyl. Leon. D. Thom. Bonauent.

Dens vult vt opera sua sint omnibus nota.

79. Chrysof. Irenæus. Alb. Magn.

Genes. 49.

Solus in Christo visus, & salua. Iſai. 8.

1. Ioc. 12.

80. Per poenitentiam acuitur visus.

Septuag. Prou. 24.

81.

Abulen. Lyraans. Vatabl.

Siloam, ait, fontem essa ad radices montis Sion, qui non iugibus aquis, sed in certis horis, diebusq; ebulliat, & per terrarum concava, & antra saxi durissimi, cum magno sonitu veniat, dubitare non possumus; nos presertim, qui in hac habitamus prouincia. Et fontem esse clarè scribit Iosephus lib. 6. de bello, cap. 6. Siloë, id est missus, vt interpretatur Euangelista, de cuius etymologia multa dixi in expositione. Ex hoc ergo fonte aquæ defluebant in quandam natatoriam, seu piscinam, vt scribit Adrichomius in descriptione terræ Sanctæ n. 200. ait: Siloë fons, cui piscina, sive natatoria Siloë, quæ & piscina inferior nuncupatur, coniuncta est in Occidentali latere vallis Iosaphat à radice montis Sion scaturit. Aqua eius dulcis, clara, & vberissima, cum silentio fluit in torrentem Cedron. Et postea subdit, huius aquæ Turca magni faciunt, quod eius visum oculorum visui conseruare experiantur. Cum enim per aquas Siloë illuminauerit cæcum, aliquam similem alios illuminandi vim eisdem aquis communicasse videtur.

Quæstio tamen principaliter inquit. Cur Christus Dominus hunc cæcum, quem sine dubio statim curare poterat, ad piscinam Siloë oculis luto delinitis ad abluendum miserit? Respondent primò D. Chrysof. homil. 56. Theophylact. Leontius, D. Thomas, D. Bonauent. id factum esse, vt Christi miraculum diuulgaretur: homo enim cæcus media ciuitate luto oculis imposito incidens, omnium prætereuntium oculos ad se conuertebat; quos veniens, & reuertens cum visu testes oculos tanti facti habebat; volebat enim Deus, vt opera Christi fierent omnibus nota, ac manifesta, vt Christi potentia, ac maiestas ab omnibus agnosceretur, & veneretur. Non enim hominis sanitas virtuti aquæ tribui poterat, multi erant in ea abluti, & non sanati.

Secundò mittitur iste homo potius ad fontem Siloë, quam ad alium, vt docent D. Chrysof. cit. D. Iren. lib. 4. c. 19. Albert. Magn. & alij, quia fons iste peculiariter erat typus Christi. Nam Siloë, vt latè explicauit in expositione, & annotat Euangelista, id est missus; Christus autem erat missus à Patre in salutem nostram. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, Gen. 49. n. 10. Hebræicè legitur: Donec veniat Siloach. Pro quo corruptè legitur Siloh. Deinde, quia aquæ Siloë vadunt cum silentio, vt ait Iſaia cap. 8. n. 6. sic Christus est lenis, & mansuetus, & quasi agnus, qui non aperuit os suum, ductus ad mortem. Tertiò, quia ex fonte Siloë irrigabantur omnes campi, & horri Ierusalem, sic ex Christo gratiarum, ac donorum flumine irrigantur, ac fecundantur, omnes Ecclesiæ horti; Ostendit mihi fluum aquæ viue procedentem de sede Dei, & agni, Apoc. 22. n. 1. Mittitur homo in Siloë, vt fieret euident, quod solum in Christo recipimus visum, & oculos.

Quartò. Fons Siloë aliquando guttatim, aliquando plenè fluebat. Per eamque poenitentiam denotatur, ad hanc ergo natatoriam mittitur cæcus, per lauacrum poenitentiae, ac lacrymarum purificationis mens, & acciuntur oculi ad diuinam, ac celestia vidèda. Iuxta Septuag. Prou. 24. n. 32. Nouissime ego egi poenitentiam, respexi vt eligerem disciplinam. Expēde: Egi poenitentiam, & tunc subdit respexi.

Quintò. Siloë fons idem est, ac Geon, vtroque enim nomine fons iste vocabatur, vt tradunt ad 3. Reg. c. 1. Abulen. q. 36. & Hebræi apud Lyranum ibidem. Idem opinatur Vatabl. sicque etiam habet Syluena à Eulang. Tom. 1. V.

betur in apparatu Bibliæ regiæ. Salomon autem vinctus est in Regem apud Geon, 3. Reg. 1. n. 45. Vt hoc factò denotaretur, quod electio, ac vinctio regis præparatur, ac ordinatur non ad eruendos, sed ad dandos subditis oculos, ad multaque bona in eos transferenda.

Sextò. D. August. homil. 23. ex quinquaginta, ait, Ideò venit Christus illuminator, quia diabolus fuerat excacator, omnes cacos nasci fecit, qui primum hominem decepit. Currant ad illuminatorem, currant, credant. Ecce Siloë, lauate faciem, baptizamini, vt illuminemini, & videatis, quod antea non videbatis. Idem docent D. Ambros. epist. 75. Beda, Rupert. & alij. Significabatur hoc mysterio, quod cum homines essent obcæcati à dæmone luto errorum, ac peccatorum, vt lumen, ac lucem reciperet, necesse erat, vt ad natatoria Siloë scilicet missi accederet, ad baptismum nempe Christi, quo omnes illustramur, ac lucem recipimus, 2. Cor. 3. n. 18. Nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur, à claritate in claritatem. Baptismi aquis speculatores reddimur, & à claritate baptismi transformamur in claritatem gloriæ. D. Chrysof. homil. 7. ibi: Simul enim, ait, vt baptizamur, etiam ultra Solem refuget anima spiritu purgata: ac non solum intuemur in gloria Dei, verum etiam inde recipimus splendorem quandam.

QVÆSTIO XII.

Quare Naaman mandatur lauari septies in Iordane; hic verò cæcus tantum semel in Natatoria.

78. ERROSO Naamano ait Elifæus: Vade, & lauare septies in Iordane, 4. Reg. 5. n. 10. At Iesus huic cæco ait: Vade & lava in Natatoria Siloë. Non dixit: lava septies, sed lava te tantum semel, vno nempe lauacro, cur ergo ille septies, hic tantum semel lauari mandatur?

Prima solutio sumenda est ex Christi Domini verbis. Neque hic peccauit, neque parentes eius, vt cæcus nasceretur. Ex quibus verbis aperte constat, quod cæcitas non contigerat huic homini in peccati pœnam. At lepra Naaman, saltem pœnarum, quæ ex peccatis pullulant, typus erat, vt Angelomus, & Hugo adnotantur, & ante eos eleganter dixit Tertull. lib. 4. contra Marc. c. 9. Syro, ait, facilius emundato, significato, per nationes emundationis in Christo, quæ septem maculis capitalium delictorum inhorrent. Quapropter septies, quasi per singulos titulos in Iordane lauit: simul & vt totius hebdomadæ caneret expiationem. Cæcitas ergo, quæ sine peccato venerat facile curatur, ac expellitur, at verò lepra, quæ saltem in typo in peccatis fundabatur, multa, & magna diligentia erat adhibenda, vt homo ab illa mundaretur, ac perfecta sanitate esset donatus.

Secundò. Sic pergit cit. Tertull. Et vt totius hebdomadæ caneret expiationem: quia vnus lauacri vis, & plenitudo Christo soli dicebatur facturo in terris sicut sermonè compendiatum, ita & lauacrum. Sanitas dabatur Syro per Elifæi manus, visus verò Iesu ope cæco restituebatur, quæ per manus ministri descendunt, magna dilatione, ac multis interpositis sunt; quæ verò à Domino conceduntur, largiter, & sine mora multa cum facilitate comunicantur. Daos illustrissimos viros, ac reges grauissime

Bibl. Reg. Rex vngitur vt subditis faueat. 3. Reg. 1.

82. August.

Ambros. Beda. Rupertus.

Per baptismum lumen recipimus. 2. Cor. 3.

Chrysof.

83. 4. Reg. 5. Ratio dubitandi.

84.

Damna ex peccato difficiliter expelluntur.

Angelom. Hugo.

Tertullian.

85. Tertull.

Dona à Domino facile, à seruo verò difficiliter veniunt.

86.